

transcunt in emptore actiones omnes utiles activæ, etiam nulla facta cessione. actiones autem quæ contra defunctum dabantur, non transcunt contra emptorem, sed competunt contra venditorem, ita tamen, ut, quod solvit, repetat ab emptore. fol. 34. n. 92. Venditã hereditate testatoris non censetur vendita hereditas illius, cui venditor est substitutus. n. 93. Jus accrescendi transit etiam in emptorem hereditatis. n. 94. & seqq.

Nomina etiam vendi possunt invito debitore. fol. 36. n. 98. Item actiones reales, ut rei vindicatio: quo casu emptori convenit utilis in rem actio. Non possunt tamen actiones vendi post litem contestatam, quia evadunt litigiosæ. n. 99. Possunt etiam, ob circumstantias, nomina quandoque licite emi minore pretio quam in se continent, adeo, ut etiam si emptor postea plus consequatur, nil teneatur restituere venditori. n. 100. Licet etiam emere, emere nomina minore pretio, si emptor ex speciali causa possit totum obtinere, non item post venditor. n. 101.

Si debitum est liquidum, nulla æstimabilis difficultas in obtinenda solutione, nullum periculum damni, aut lucri cessantis, speculativè probabilis est, non esse licitum emere minori pretio sub pretexto, quod venditor necdum possit exigere debitum, sed nunc indigeat pecuniã. practicè tamen oppositum est ab auctoritate probabile. fol. 37. nu. 103.

Si debitum non est liquidum, sed dubium, & anticipatio solutionis affert secum lucrum cessans vel damnum emergens debitori &c. potest actionem minore pretio emere etiam ipse debitor, non minus quam quivis alius. Quando verò difficultas debiti obtinendi provenit ab ipso debitore, qui quod sponte solvere deberet suo tempore, &c. etiam facile posset, sed non solvet sine molestia & sumptibus creditoris, non potest, sicut posset alij, ipse debitor minori pretio emere, quia sua culpa reddit solutionem difficilem. fol. 38. nu. 105.

Quando emptor nomen emptum minoris emit, non potest, seclusa fraude, debitor cessus uti exceptione adversus emptorem, se non ad plus teneri, quam ipse solverit venditori. fol. 38. n. 106. & seqq. ubi explicatur Constitutio Anastasiana. In casu Anastasiana constitutionis id quod emptori actionum & nominum detrahatur, potest ab ipso cedente vel vendente adhuc exigi à debitore, si venditor non sit fraudis ab emptore commissæ particeps, secus, si ejusmodi nomen partim venditum, & partim donatum fuerit, quo casu Justiniana constitutio debitorem omnino liberat. fol. 39. n. 108. Quodsi fraudis particeps esset, merito puniretur, ut agere non posset ad residuum. f. 40. n. 109.

Officia publica, civilem, profanam ac temporalem aliquam potestatem continentia, licite ven-

duntur, (attento jure naturæ, & seclusis legibus) personis tamen idoneis, de quibus spes est bene administraturos. fol. 40. n. 110. Jure civili tamen hujusmodi venditio interdicitur merito, ob varia inconvenientia timenda, quamvis in pluribus Regnis permittatur, ubi inconvenientibus alio modo obviatur. eod.

Res aliena furtiva potest contractu valido, ac utrinque obligationem inducente, vendi emptori ignoranti rem esse alienam, sive venditor sciverit, sive ignoraverit. Venditor quidem obligatur ad interesse & de evictione, emptor ad solvendum pretium. Si res non sit furtiva, sed ex alio titulo aliena, valet contractus etiam si uterque sciat esse alienam. fol. eod. n. 111. & seq. ubi declaratur, quomodo possit esse licita traditio, & sub obligatione.

Quamvis de substantia hujus contractus sit, ut emptor obligetur ad transferendum dominium pretij, non est tamen de substantia, ut venditor obligetur tum ad rem tradendam, tum quantum in se est, ad faciendum, ut emptori rem habere liceat: unde factã traditione nulla superest emptori actio ex empto ad acquirendum dominium. fol. 42. n. 113.

Non potest quis contractu valido emere absolute rem suam, bene tamen in casum quo desinet esse sua. fol. eod. n. 114.

Re alienã venditã, tenetur venditor emptori de evictione. fol. 43. n. 115. & seqq. de hoc vide. *Evisio.*

Re evidã competit emptori actio empti ex causa evictionis, qua tendit ad reperendum pretium si solum fuit: item ad interesse particularæ, quanti emptoris præter expositum pretium interest rem non fuisse evictam, & hoc recipit augmentum & diminutionem. fol. 44. n. 117. Quoad interesse constitutum est, ut nunquam excederet duplum pretij expositi, cui ipsum pretium velut simpliciter inesset. n. 118.

Venditor rei alienæ tenetur emptori refundere sumptus litis ab emptore factos. fol. 45. n. 119. Si actor succumbat, habuit tamen justam causam litigandi, & quæ ex venditoris persona processit, adhuc tenetur venditor ad expensas, secus non tenetur. n. 120.

Ut emptori competat actio ex causa evictionis, requiritur, ut auctorem, hoc est venditorem, laudaverit, tempestivè denunciando, licet sibi super re vendita moram esse, ut venditor defendat emptorem. fol. 46. n. 122. etiam si venditor aliunde jam gnatus sit litis mota, non tenetur tamen de evictione, si emptor non denunciaverit, arbitratus denuntiationem fore superfluum. n. 123.

Denuntiationi est inferenda copia libelli Actoris, & si quid aliud actum est cum emptore. fol. 47. n. 124. Denuntiatio, si potest, est immediate faciendã Venditori præfenti, si absens, ad ejus domum

num, consensu vicinis. Quodsi venditor se dolo subduceret, emptor ab obligatione denunciandi liber esset. Mortuo venditore denunciatio faciendã est heredibus omnibus. n. 125.

Si consistit, nullã tergiversatione celari posse, rem alienam venditam esse, nec emptorem posse defendi, excusatur quidem emptor, securus tamen ager adhuc denunciando. eod. Fidejussori non est necessario faciendã denunciatio. fol. eod. n. 126.

Denuntiatio faciendã est ante publicationem testium, & causæ conclusionem, seu antequam tempus probationum & exceptionum elapsum sit. Si in prima instantia non est facta, potest fieri in causa appellationis, re adhuc integra. fol. 47. nu. 127.

Si venditor in se recepit defensionem, potest emptor à defensione desistere factã denuntiatione. Si non recepit, nec declaravit, nolle se causam defendi, emptor ad defendendum bonã fide tenetur, alioquin erit suspectus de culpa, & venditor de evictione non tenetur. fol. 48. n. 128.

Non potest venditor declinare forum emptoris, etiam si esset persona alioquin exempta ab hujus Judicis jurisdictione. fol. eod. n. 129.

In quibusdam casibus Venditor de evictione non tenetur. 1. Itaque non tenetur, si convenit inter contrahentes, ut venditor de evictione non tenetur, sed solum ad refundendum pretium, nisi dolo ita convenisset. fol. 48. n. 130. Probabilius est, quod emptor pretium non amittat, si sciens emit rem alienam, nec expressè de evictione præstanda stipulatus est. eod. 2. Non tenetur, si culpa Judicis imperitè vel malitiosè judicantis res evicta est, cum de jure debuisset pro emptore judicari. fol. 49. n. 131. Si venditori certò constaret privatã notitiã, quod Sententia formaliter quidem & ex juris norma justa esset, materialiter tamen injusta, posset uti occultã compensatione. eod. 3. Non tenetur venditor de evictione, quando res evincitur culpa emptoris. fol. 50. n. 132. ubi vide varios casus.

Si Sententia sit suspecta ob Judicis imperitiam vel malitiam, tenetur emptor appellare: item si causa est dubia & ambigua, & venditor tempore latæ sententiæ est absens, nec illi intimata sententia. fol. 50. n. 133. Si res evincatur sententiã arbitri, amittit emptor jus evictionis, quia suã voluntate res evincitur. eod.

Præterea & 4. Non tenetur Venditor de evictione, si emptor ex Principis mandato rem emptam alteri tradere compellitur, nec Venditor huic causam dedit. Et universim non tenetur, si res vendita non jure communi, sed quodam jure speciali evincatur, v.g. jure Retractus, vel Restitutionis in integrum. f. 51. n. 134. Quintò, non tenetur, si emptor scivit rem esse alienam, quamvis etiam oppositum sit probabile. f. 51. nu. 135.

Sextò, non tenetur, si emptor per vim expellatur à rei emptæ possessione. n. 136. Septimò, non tenetur, quando emptor neglexit prescriptionem. n. 137.

Octavò, non tenetur Heres, qui confecto inventario rem hereditariam quã talem pro solutione hæreditarij æris alieni vendidit. f. 51. nu. 138. Nonò, non tenetur Creditor qui rem pignoris jure distraxit, imò nec tenetur ad pretij restitutionem. f. 52. n. 139.

Decimò, non tenetur Fiscus rem alienam vel alteri oppignoratam vendens, quia emptor sit dominus rei venditæ. f. eod. n. 140. Undecimò, non tenetur, qui vendit debitum, & debitor non est solvendo; nisi specialiter actum esset, quod emptor esset futurus indemnis. nu. 141.

Emptoris & Venditoris Obligaciones & Actiones.

Sicut emptori competit Actio ex empto, (de qua supra) ita Venditori competit Actio ex vendito, in quam venit imprimis pretium, & quidem certum ac determinatum. f. 52. nu. 142. Deinde veniunt usuræ pretij non soluti ex tempore moræ, nisi aliud convenerit. Item veniunt sumptus facti in rem venditam: item fructus quos casã jam spiciã ante venditionem separatos, sed necdum à Venditore collectos, & tamen ei de jure debitos, emptor invast, cum venditioni non accesserint. Item veniunt damna & incommoda, quorum emptor est causa, non auferendo rem emptam. eod. Denique venit repetendum id, quod plus debito Venditor præstitit: quo casu etiam conditio indebiti conceditur. f. 53. n. 143.

Si Venditor ignoret pretium mercis ignorantia generali, & illius loci communi, emptor autem sciat Scientiã singulati & rarã, non tenetur Venditori indicare valorem mercis, sed potest emere & solvere illo pretio, quo ex communi ignorantia communiter æstimatur. f. 53. nu. 145. Si verò Venditor ignoret ignorantia particulari, tenetur emptor saltem infimum pretium justum offerre, & catenus mercis valorem ignoranti indicare. f. 54. n. 146. Neque excusatur emptor ab indicando valore, etiam si Venditor diceret, se velle excessum, si quis est, donare, eo quod emptor majori pretio nolit emere. eod. Quodsi ambo ignari valoris convenirent bonã fide de pretio re ipsã inæquali, sed condonando reciproce, neuter tenetur ad supplementum. eod. Unde posset fundus emi pretio communi, etiam si emptor sciret ibi latere thesaurum, vel venas metallinas. eod.

Si emptor privatã notitiã sciat, Valorem pecuniæ paulò post publicã lege diminutum iri, potest hodie emere pretio currente, non monito venditore: & e contra si venditor sciat, valorem mercis minuendum, potest non monito emptore vendere pretio currente: uno tamè casu excepto, nempe

nenpe, quando Magistratus volens ipse contrahere, Legis promulgationem studio differret, ut interim suas pecunias majori pretio, vel merces majori valore distraheret. f. 54. n. 147.

Quando vitium non est circa substantiam, sed circa qualitate, & ignoratur invincibiliter ab utroque contrahente, resque venditur, qualis fuerit inventa, sive bona, sive vitiosa, ad nihil obligatur Venditor vitio postea detecto, modo in taxando pretio cetera sint paria. f. 55. n. 148.

Quando vitia ex se sunt manifesta, non est obligatio illa exprimendi, sed solum non excedendi in pretio, quasi vitio careret. Imò, Jure civili venditor ad nihil teneretur, etiamsi negaret expresse, tale vitium adesse, si vitium secundum se sit manifestum. fol. eod. nu. 149.

Quando vitium occultum tangit substantiam intrinsicam rei, quæ alia existimatur, & ut alia proponitur ab ea quæ est, obligatur venditor aperire vitium. fol. eod. n. 150. ubi exemplum.

Quando emptor nihil interrogat, & venditor aperte exponit merces, non occultando arte aliqua earum vitia, distinguendum est. Si res non obstante illo vitio adhuc est tali pretio digna, & communiter solet eo pretio emi, tunc licet huic emptori particulari non deserviat ad usum, ad quem emi, venditio est justa, si emptor non dixit, ad quem usum emere velit. Si verò ex communi modo quo merces exponatur, significatur, eas esse idoneas ad usum, ad quem communiter emuntur, tenetur venditor vitium manifestare, quo redditur res inepta ad talem finem. fol. 55. n. 151. ubi exempla.

Emptionis Pretium Justum.

Pretium aliud est Legitimum, aliud Naturale seu Vulgare. Legitimum est, quod à Magistratu taxatur, nec à subditis variari potest. Vulgare, quod communi judicio mensuratur. fol. 56. n. 152. Quia verò judicia hominum non conveniunt, inde nascitur divisio pretij Naturalis in Summum, Medium, & Infimum. fol. 56. n. 154.

Pro Regula justij pretij Naturalis non incommodè statuit Scorus, compensandas expensas cum æstimatione industriæ, labore, & periculo. fol. eod. num. 155.

Variatio pretij desumitur ex varijs circumstantijs, inter quas tamen non est perfectio intrinseca & physica. Præcipua circumstantia est Utilitas Communis in ordine ad usum humanos. deinde æstimatio utilitatis ad alios fines: quæ tamen æstimatio non debet necessarîo esse hominum prudentum, sed sufficere vulgi, si communis sit eo loco. Inter has tamen circumstantias non est numeranda particularis indigentia emptoris. fol. 57. n. 156. Potest tamen venditor ob speciale commodum quo se vendendo privat, augere pretium. n. 157.

Modus vendendi etiam quandoque variat pretium. Unde carius venduntur res singillatim,

quàm simul in magna cõpia. fol. eod. n. 158. ubi exemplum.

Res particulares quæ ob suam raritatem, non habent taxatum pretium, nec à lege nec à communi æstimatione, vendendæ sunt (speculativè loquendo) attentis circumstantijs, qualitate, utilitate, raritate, expensis, periculis, difficultate in afferendo, novitate, emptorum pluralitate, illo pretio, quo prudenter emi possunt, & non est augendum præcisè ob inordinatum affectum ementis. Est tamen etiam practicè probabile, posse secundum arbitrium quantumvis imprudens ementium taxari. fol. 57. n. 159. ubi vide exemplum.

Circumventio infra dimidium justij pretij, quam videntur leges permittere, non est licita in hoc sensu, quasi lædens non teneatur refarcire in conscientia usque ad justum pretium: reverà enim tenetur. Sunt ergo leges intelligendæ, quod ex tali læsione non detur læsio actio. fol. 59. n. 161. & seq. ubi vide diversas interpretationes.

Emptionis factæ Dissolutio ex mutuo consensu.

Emptio venditio sicut Consensu contrahitur, ità contrario Consensu dissolvitur ante factam traditionem. fol. 60. n. 163. Potest autem non solum quoad totum, sed etiam quoad partem contrario consensu dissolvi. Nunquam tamen dissolvitur, nisi interveniente retrotraditione, si traditio facta est. n. 166. Potest etiam acceptatione dissolvi. fol. 61. n. 167. & seqq.

Si quis rem jam emptam à te iterum emas pluris, minorisve, dissolutus est prior contractus: secus esset, si secunda emptio ex alio capite esset nulla. In priore casu non deberetur Gabella duplex. fol. eod. n. 169. Si secunda emptio esset conditionata, etiamsi conditio eveniret, secunda emptio esset nulla, nec ex ea agi posset, nisi pretium variatum esset, (ut proinde conferentur à priore contractu recessisse) vel alia utilitas inesset contractui conditionato. n. 170. ubi vide casum.

Res adhuc integra conferentur ad dissolvendum mutuo consensu contractum, etiamsi fideiussio aut stipulatio accessisset. fol. 62. n. 171.

Ut contractus nudo pacto dissolvatur, non est necesse fieri mentionem clausulæ *constituti*, etiamsi venditor prius per illam clausulam se nomine emptoris possidere constitisset. fol. eod. n. 172.

Non solum si ex una parte tantum fuit impletus contractus, sed etiam, si ex utraque, adhuc dissolveretur, nec esset novus contractus, nec Gabella deberetur, si in continenti fieret retrotraditio: quavis oppositum sit etiam satis probabile, esse duplicem contractum, & duplicem Gabellam deberi. fol. 62. n. 173.

Ut contractus dissolvatur retrotraditione, non requiritur certa solennis forma, sed satis est, quod contrahentes velint à contractu recedere. fol. 63. n. 175.

Si post

Si post traditionem mercis pacti essent contrahentes de recedendo à contractu per retrotraditionem, & venditor penitens nollet recipere, daretur emptori exceptio contra venditorem agentem ad pretium. f. eod. 176.

Contractus ritè ab habilibus celebratus, non potest superveniente inhabilitate rescindi, ne quidem ità ut claudicat. f. eod. n. 177.

Emptionis Resolutio ex Additione in diem.

Emptio resolvitur etiam additione in diem facta, si intra tempus constitutum alius plus pretij offerat. Requiritur autem primò, ut alius emptor se offerat animo sincero, absq; dolo. f. 64. n. 180. Requiritur 2. Ut novus emptor meliorem offerat conditionem, quidquid offeratur, quod ad utilitatem majorem venditoris faciat, sive consistat in augmento pretij, sive in modo solvendi, sive in majore idoneitate emptoris, sive in sublevatione alicujus oneris. f. 65. n. 181. Requiritur 3. Ut intra diem additionis venditor non moriatur absque hærede cui offeratur. n. 182. Requiritur 4. Quod primus emptor nolit ipse meliorem oblatam conditionem præstare. n. 183. Oblatam ab alio meliorem conditionem non tenetur Venditor acceptare. n. 184.

Si secundus emptor offerens meliorem conditionem non sit idoneus, v.g. non sit solvendo, aut non habens auctoritatem, nihilominus per additionem illi à venditore factam prior contractus resolvitur. fol. 65. nu. 185.

Non resolvitur prima venditio per secundam cum nova additione in diem factam. f. eod. nu. 186.

Per Venditionem cum additione dominium non transfertur irrevocabiliter in emptorem, adeo ut oblatæ & acceptatæ meliore conditione, dominium, reique vindicatio reipsa ad venditorem redeat. f. 65. n. 187.

Interea temporis donec dies additionis veniat, aut melior conditio offeratur, tam dominium, quàm periculum interitus, & omnia sommoda ac incommoda ad emptorem spectant, ità tamen, ut si resolvatur contractus, etiam omnes fructus, etiam consumpti & usucapti, unà cum alijs commodis & accessionibus restituendi sint venditori, deductis impensis eod. Sunt autem hæc restituenda venditori, etiamsi primus emptor ipse velit eandem conditionem meliorem offerre, quia fingitur propter meliorem oblatam conditionem nunquam fuisse dominus, & resoluta priore emptione fit nova emptio. f. 66. n. 188.

Emptionis resolutio ex pacto legis commissoria.

Resolvitur etiam Emptionis contractus ex Pacto legis commissoria. Quando enim constituto tempore, quo si pretium non solvatur, res sit in-

empta, pretium non solvitur, dicitur lex esse commissaria, & res vendita redit ipso jure ad venditorem, etiamsi nunquam fuerit interpellatus emptor. f. 67. n. 189.

Lege commissaria tenetur emptor fructus perceptos restituere, & æstimationem damni culpæ dati, nisi partem pretij solvisset, quam amittit. f. eod. n. 190. Lege commissaria resolvitur quidem contractus invito emptore, sed non invito venditore. f. 68. n. 191. Non potest tamen venditor variare, nec electo pretio panitere, & eligere legem commissoriam, vel econtra. n. 192.

Emptor amittit Arrham si quam dedit, & legem committit, sed tunc fructus ex aequitate retinet. Quodsi emptor paratus fuit solvere, sed impeditus, non committit legem. fol. eod. num. 193.

Emptionis resolutio ex pacto retrovendendi, & redimendi.

Pactum retrovendendi, & redimendi potest adijci vel in favorem solius venditoris, ut ad libitum suum sibi retrovendatur, vel solius emptoris, ad cuius libitum à venditore redimenda sit res empta, vel in favorem utriusque. Retrovenditio ex hoc pacto facta, est novus contractus, & non est resolutio prioris, qui manet in suo valore. f. 69. n. 194.

Requiritur nova retrotraditio, ut dominium redeat ad venditorem; nec ante competit rei Vindicatio. f. eod. n. 195.

Emptor obligatus ad retrovendendum, non liberatur solvendo interesse, invito venditore. fol. 70. n. 198.

Licitum, & ad usura labe immune est hujusmodi pactum, si fraus absit, quæ emptor intendat lucrari fructus quasi ex pignore, & modo pretium sit justum, æstimando onus retrovendendi in pretium, quod eo magis diminuendum est, quo longius tempus in pactum venit. Quodsi sit perpetuum, videtur tertia pars justij pretij esse subducenda. f. 71. n. 200.

Ex natura rei non repugnat apponi emptori pactum sub conditione resolutiva dominij, si pretium fuerit oblatum, ità ut venditor sibi referret jus reale in re vendita, ut, ad quemcunque pervenerit, oblato pretio possit rem vindicare. Est etiam probabile, sed non certum, hujusmodi pactum non improbari à legibus. Nisi tamen exprimat, non præsumitur subesse. f. 72. n. 201.

Emptor retrovendendo non potest ad minuendum justum pretium cogi, quia vendit sine onere. f. eod. nu. 203. Potest tamen emptor pacisci, ut sibi majus pretium solvatur, quàm ipse solverat propter obligationem retrovendendi, dummodo non excedat valorem rei pro tempore retrovenditionis. num. 204. Imò potest pacisci, ut liceat sibi exigere pretium summum, etiamsi ipse omisset infirmo. eod.

K

Si pactum

Si pactum de retrovendendo indefinitè conceptum est, ut in perpetuum liceat redimere, adhuc probabilis est, præscribi contra jus redimendi spatio 30. annorum. f. 73. n. 206.

Si certum tempus definitum est, & venditor intra illud tempus partem solvit animo redimendi, residuum verò post elapsam terminum quidem, sed paulò post, & absque præiudicio emptoris offerat, non potest exceptione repellì. n. 207.

Quando res indivisibilis venderetur à duobus cum pacto retrovendendi, non posset emptor cogi ad retrovendendum uno offerenti partem pretij, quia cogereur venire in societatem, nisi ita expressè pactum esset. f. 74. n. 208. Quodsi unus venditorum totum pretium offerat, tunc cogitur emptor ad retrovendendum. eod. Jus redimendi sicut transmittitur ad heredes, ita etiam potest alteri cedi. eod.

Quod rei emptæ per alluvionem accedit, in retrovenditionem non venit, sed manet primi emptoris, sicut & damnum decrementi ad eum spectaret, si venditio facta sit ad corpus, si vero ad mensuram. f. 74. n. 209.

Fructus ante retrovenditionem percepti, spectant absolute ad primum emptorem, pendentes sunt dividendi pro rata temporis anni. f. 75. n. 210.

De Emptionis Resolutione ex Jure Retractus, vide, Retractus.

Emptionis Resolutio ob læsionem ultra dimidium.

Et si læsio intra dimidium iusti pretij non detur in foro civili, imò nec Ecclesiastico, actio directa ad rescindendum contractum, vel supplementum, in conscientia tamen ledens tenetur ad æquale pretium rei emptæ. f. 84. n. 236. & seq. Neque daretur Actio, etiam si contractus celebratus esset per Procuratorem: neque si læsio intra dimidium contingat in æstimatione dotis, et si ob auctoritatem etiam oppositum probabile sit. f. eod. n. 238. & seq.

Lex 2. Cod. de Rescind. Vendit. concedens Venditori læsio ultra dimidium iusti pretij actionem ad rescindendum contractum, vel supplementum defectum pretij iusti, est etiam extendenda ad emptorem, ut possit contractum rescindere, nisi venditor malit excessum pretij restituere. f. eod. n. 240.

Quando Venditor læsus est, tunc æstimata mercede, quantum valuerat tempore venditionis, saltem attento pretio medio inter summum & infimum, si emptor minus solvit quam mediam partem iusti pretij, & quidem probabilis infimi, favore dictæ legis uti potest. fol. 85. a. 241.

Circa Emptorem dissensio magna est, quomodo sit faciendæ æstimatio. An nempe si v. g. res valeat 50. sufficiat, si solverit plus quam 75. vel an requiratur, ut solverit ultra 100. eod. Possunt ambæ Sententiæ prædicari & defendi, si dicamus, priorem sententiam posse Judicem amplecti attendendo præcisè ad quantitatem læsionis: post-

riorem verò attendendo ad publicam Judiciorum quietem, & ad declinandam eorum frequentiam, & hanc posteriorem amplectitur Jus Bavaricum. Eaque videtur attendere paritatem formalem inter Venditorem & Emptorem, cum prior tantum attendat paritatem materialem. f. 86. n. 242. & seq.

Beneficium legis non solum in rebus immobilibus, sed etiam mobilibus, esto non pretiosis locum habet. f. eod. n. 244. Neque solum in contractu emptionis, sed etiam in alijs locum habet, tam stricti juris, quam bonæ fidei. f. 87. nu. 245. & seq. ubi examinantur casus dubij.

Si per transactionem ledatur una pars ultra dimidium ex æstimatione rei litigiosæ, quia v. g. æstimatur 100. cum vix valeat 30. & unus transigendo solvit 90. ut illud retineat, in tali casu probabilis est, non esse locum beneficium rescissionis, si dolus absit. f. 88. num. 247. & seqq. Idem dicendum videtur, si læsio consistat in æstimatione erronea meritorum casus, quæ alter transigens ultra dimidium læsus est, cum merita causæ plus valerent apud intelligentes. f. 90. n. 252.

Huc beneficium locus est, quando filia in renuntiatione etiam jurata enormiter læsa est, etiam absque dolo. f. eod. n. 253.

Cessat hoc beneficium, si ei in specie resuntium est, si in ipso contractu, sive ex intervallo: non item si sub terminis generalibus: nam tunc solum alijs juris remedijs generaliter censetur. f. 90. n. 254.

Si læsus ultra dimidium dicat Emptori, se excessum donare, cognoscens valorem rei, neque inducatur ullâ fraude, vel necessitate, aut levitate animi ad donandum, certum est eum carere hoc beneficio, & probabilis est, caritatum, etiam si ex necessitate vel levitate donasset, si ceteroquin est potens donare. f. 91. n. 255. & seq. ubi casus habetur. Secus dicendum, si signatus valoris donaret. eod.

Sicut in dicta lege 2. C. de Rescind. Vend. datur Emptori electio, ut vel rem emptam restituat recepto pretio, vel supplicat defectum pretij, ita etiam venditoris est electio, ut pro excessu, quem accepit in pretio, satisfaciat, vel contractum rescindat. f. 91. nu. 257.

Non satisfaceret emptor, refundendo tantum de pretio, quod, si ab initio solvisset, non posset ex hac lege conveniri, sed cogitur ad totum iustum pretium refundendum. f. eod. 258.

Si res infra dimidium emptæ, pereat sine culpa emptoris, liberatur à supplendo defectu pretij: nisi rem alteri vendidisset, & iustum pretium consecutus esset. f. eod. n. 259.

Si emptor eandem rem alteri etiam infra dimidium vendidit, & non sit solvens, potest primus venditor conveniri secundum emptorē. f. 92. n. 260.

Emptor potest meliorationes in re factas opponere venditori, exigendo ut illas prius solvat, antequam rem recipiat. f. eod. 261.

Emptor

Emptor exigens rescissionem contractus, & restitutionem rei, non tenetur restituere fructus interim perceptos, respondentes pretio quod esset refundendum. f. 93. n. 262.

Rescisso contractu resolvitur etiam hypotheca, si cui subiecta interim fuit res emptæ. f. 93. n. 263.

Ut beneficium legis sit locus, non obstat, etiam si venditio facta sit cum decreto Judicis. f. 94. n. 264.

Ad rescindendum ex hac lege contractum, alij dicunt competere restitutionem in integrum, alij dicunt succurri læsio ex officio Judicis, alij recurrunt ad conditionem in lege. Verius est, dari actionem ex vendito. f. 95. n. 266.

Emptionis Resolutio ex Adilitio Edicto.

Res vendita est sine vitio præstanda: ad quod datur actio duplex ex adil. Edicto: *Redhibitoria*, & *Quantò minoris*, seu æstimatoria. Redhibitoria agit ab Emptore contra Venditorem ad recipiendam rem venditam, & ad restituendum pretium; quia rem non fuisse empturum gnarus vitij. *Æstimatoria* agit emptor ad hoc, ut venditor refundat, quantum minoris emisisset, si de vitio constitisset. f. 96. n. 267. & seq. His actionibus convenitur Venditor, etiam si vitium ignoravit, ita tamen ut ad interesse non teneatur, nisi lata culpa intervenierit. eod.

Actio redhibitoria durat per sex menses. Actio *Quantò minoris* per annum. f. 96. n. 270.

Ad eodem effectus, ad quos dantur hæ actiones Pretoria, datur etiam actio civilis ex empto, non tamen nisi eodem modo temporalis, quo sunt actiones illæ pretoria. f. 97. n. 271.

Ob vitia animi, sive in brutis sive in mancipijs non dantur actiones adilitæ. f. eod. nu. 272. Electæ unâ actione, si emptor in eâ succumbat, non licet eligere alteram, nisi in casu quo ideo negaretur redhibitoria, quia sex menses effluerunt. f. eod. nu. 273.

Si redhibita res emptæ Venditor est in mora reddendi pretium, datur emptori actio in factum, quæ quia non est pænalis, sed rei perfectioris, ideo est perpetua, & supponit jam actum rescissum. f. 97. n. 274.

Epikcia.

Tomo 1.

Definitur Emendatio legis ex parte quæ deficit propter universale. f. 53. nu. 300. cujus triplex est fundamentum. peccatum cavendum, difficultas observationis, benignitas legislatoris. 301.

Episcopopus.

Tomo 1.

Episcopopus potest in sua diocesi, quod Papa in tota Ecclesia, intelligendo de illis, quæ antecesserent ad legem Pontificiam specialiter prohibentem pertinent ad gubernationem & regimen in genere. f. 55. n. 311. unde non potest dispensare in lege Pontificis. n. 309.

Episcopopus non potest cum infamibus dispensare ut ad Ordines ascendant: in susceptis tamen

ut ministrent post peractam penitentiam, si delicta fuerint adulterio minorâ. f. 167. n. 508.

Epistolæ.

Tomo 5.

Epistola à scribente recognita, plene probat adversus scribentem. f. 378. num. 537. etiam si nec dies nec locus appositus esset. n. 539.

Confessio facta in Epistola cum relatione ad aliquid aliud, v. g. ad librum rationum, in quo tamen nihil tale reperitur, tunc solum probaret, si certa aliqua summa expressa esset. n. 540.

Epistola ab alio scripta potest uti tertius ad probandum contra scribentem. f. 379. n. 542. Probat etiam contra heredem scribentis, si fateatur esse scriptam à defuncto. n. 543.

Si Epistola non habet subscriptionem, ex oblivione omittam, adhuc probat, secus non. nu. 544. Sufficeret autem esse subscriptum pronomen, si quidem scribens solitus est omittere cognomen. num. 545.

Epistola non reddita, sed ceteroquin absoluta, probaret quidem quoad asserta, sed non quoad promissa. n. 547.

Epistolam fuisse à tali scriptam, potest probari per literarum comparationem. f. 380. nu. 548. de hac comparatione vide, *Chyrogapham*.

Epistola missiva probat pro scribente plene, si is in ejus præiudicium est scripta, cam apud se sine contradictione retinuit. n. 550.

Si per Epistolam requisitus ad aliquid præstandum, non contradicit, censetur voluisse se obligare, si tanto tempore non contradicit, quo communiter solet contradicere, & non ulterius deliberari. f. 380. n. 551. & seqq. ubi casus.

Evictio.

Tomo 4.

Evictio est rei nostræ, quam adversarius legitimo titulo acquisivit, per Judicem facta recuperatio. Vel. Est rei aut emptæ aut ex alia legitima causa acceptæ, interposito decreto Judicis abductio, vel amissio. f. 43. n. 115.

Evictio habet locum 1. Quando detinetur res aliena ex permutacione, vel alio contractu in nominato. 2. Si res aliena detur in solum. 3. Si data est in dotem. 4. In hereditatis vel bonorum communium divisione, sed cum aliqua limitatione, ut tradens rem alienam non teneatur ad interesse. 5. Locum habet in transactione. 6. In re frugifera vendita, in qua evincitur ususfructus. 7. Et frequentius in venditione. eod.

Donator rei alienæ non tenetur de Evictione, nisi ad hanc se reflexè obligaverit. f. 43. n. 116.

Evictionis duo sunt capita, unum ad rem defendendam, ut venditor emptorem instruat, liti assistat, & probationes afferat; alterum, ad id quod interest. Ex priori agi potest ante sententiam, sed post litem motâ. Ex posteriori post sententiam, re evictâ. f. 44. n. 117.

K 2

Motâ

Motâ controversiâ tenetur Emptor laudare auctorem, cuique denuntiare, litem motam esse. fol. 46. nu. 122. Neque obstat, etiam si jam aliunde sciat. n. 123.

Plura vide. *Emptio, Venditio.*

Exceptio.

Tomo 5.

Exceptio in Jure quandoque latissimè sumitur pro quacunque Responsione, qua se reus vel actor ab intentione adversarij expedire conatur: quo sensu erit exceptio, si quis neget id quod alter asserit, conijciendo onus probandi in asserentem. Item Replicatio, Duplicatio &c. f. 228. nu. 236.

Exceptio strictiùs sumpta est Infractio alicujus conditionis, qua deberet subesse, ut actio teneret: sive: affirmatio alicujus, v. g. *facti, doli &c.* cuius absentia esset necessariò requisita, ut actio teneret. f. 229. n. 237. Unde definitur: *Actiois Exclusio.* Alias definitiones vide à n. 238.

Exceptio Doli mali.

Vide *Dolus.*

Exceptio doli latissimè: & universim quoties actio infringi potest æquitate defensionis, huic locus est. f. 231. n. 251. ubi exemplum. Unde in ipsa intentione actionis doli committi potest. eod.

Qui neglectâ exceptione doli solvit, potest solum repetere conditione indebiti. f. 232. num. 252.

Exceptio doli potest à filio opponi heredi patris, non ob dolum à patre commissum, (tunc enim actio in factum instituenda, qua famam non sufficit) sed commissum ab herede in ipsa actione. n. 253.

Exceptio doli non infamat, sicut Actio de dolo. n. 254.

Exceptio in factum ex errore promittentis.

Competit illi, cujus promissio ex errore facta fuit alligata oppositæ veritati. f. 232. n. 255.

Exceptio non numeratæ pecuniæ.

Vide: *Pecunia non numerata Exceptio.*

Exceptio Pacti de non petendo.

Cùm tale Pactum inducat obligationem in conscientia, parit in Jure Exceptionem. Quando dubium esset, an ita pacifcens voluerit debitum simpliciter remittere, vel solum se obligare ad non petendum in Judicio, vel ab ipsa persona debitoris, præsumere voluisse debitum penitus remittere. f. 233. n. 261.

Exceptiones Dilatorias.

Tres earum classes sunt. Prima ipsum Judicium concernit. Secunda litigatoris. Tertia litem ejusque materiam. f. 235. n. 263.

Prima Exceptio Dilatoria dicitur Declinatoria fori, seu Incompetentiæ Judicis. f. 235. nu. 264. Proponenda à principio litis, ne Jurisdicção forte prorogetur. Petusque reus absolvi ab instantia

E.

cum refusione expensarum. n. 265. Et ipse Judex cognoscit de Incompetentia. eod.

Secunda est exceptio *Laudationis*, competens illi, qui habet alium sibi de evicção obligatum. fol. 235. n. 267.

Tertia (quæ potius est declinatoria) est exceptio *Præventionis* facta ab alio Judice in eadem causa Jurisdiccionem habente. n. 268. ubi declaratur in exemplo. Non competeret contra secundum Judicem, si respectu prius citantis contumax fuisset. fol. 236. n. 269.

Quarta est exceptio *Recusationis* Judicis. opponenda ante litem contestationem & omnes alias exceptiones, & de ea cognoscendum. n. 270. de recusatione vide *Judex.*

Quinta est *Loci non tuti.* quæ locum haberet, etiam si appellatio prohiberetur. n. 272. non solum ante, sed etiam post litem contestatam opponi potest, ob gravamen successivum. n. 272.

Sexta est *Legitimationis* personarum in Judicio comparantium. n. 273.

Septima. Exceptio *Contumaciæ.* contra actorem contumacem, ut circumducatur citatio, & absolvatur reus ab observatione Judicij. n. 274.

Octava. *Non impetrata venia.* Nona. *Plus petitionis.* Decima. Exceptio Pacti conventi temporali, cui non absumit *Moratoria Præscriptio.* Undecima. *Litis pendens.* Duodecima. Exceptio libelli obscuri, quæ constant ex alijs dictis. fol. 236. à n. 275.

Decima tertia. Exceptio ex beneficio competentis. (de qua vide, *Competentiæ Beneficium.*) fol. 237. n. 281.

Decima quarta. *Excussio seu Ordinis.* competens fidejussori, (vide *Fidejussor*) opponenda ante litem contestationem. n. 283. Huc pertinet *Exceptio cedendarum actionum & Divisionis.* quæ etiam post litem contestatam ex æquitate admittuntur. n. 284.

Decima quinta. *Exceptio spoliij.* quæ differt actionem donec res spolio ablata restituatur. n. 285. ubi vide exceptiones. Opponenda est ante litem contestationem, & probanda intra quindecim dies. n. 285. Competit, etiam si spoliatio facta sit à tertio, dummodo majoris partis bonorum, & agatur criminaliter contra spoliatum. Si vero agatur civiliter, non potest hæc exceptio opponi ad impediendam causæ definitionem, bene tamen ad impediendam executionem. fol. 237. n. 286. & seqq. Potest hæc exceptio opponi post litem contestatam; quod est singulare. fol. 238. n. 290.

Regula generalis est, exceptiones dilatorias esse opponendas ante litem contestationem per se loquendo. n. 291. Quod si in prima instantia est neglecta, non potest opponi in secunda. fol. 239. n. 293.

Exceptiones Peremptoriæ.

Hujusmodi sunt (de quibus videndum in proprijs materijs) exceptio ex SC. Velleiano, Macedoniano

E.

doniano, Pacti conventi, Præscriptionis; Doli mali, Metis: in factum ob errorem: non numeratæ pecuniæ: solutionis factæ. Novationis. Acceptilationis. Compensationis. Jurisjurandi Rei judicatæ. Transactionis. Cessionis bonorum.

Si debitor pecuniam debitam obtulit creditori nolenti acceptare, potest eam obsequare, & depone in loco publico: quo facto competit illi exceptio peremptoria *solemnis obsequationis.* fol. 240. n. 297. quæ penitus liberatur, etiam quoad pignora & fidejussores. Pecunia deposita incipit esse periculo creditoris, esto dominus illius sit debitor imò ad hoc sufficit oblatio. n. 300. & n. seq. referuntur duo casus, in quibus consignatio non est necessaria ad hos effectus. In duobus alijs casibus idem effectus obtinentur solâ consignatione, absq; oblatione, qui habentur n. 302. Item duobus alijs casibus per locum veralem oblationem inhihentur usura. qui habentur n. 303.

Aliquæ exceptiones peremptoriæ, si in contenti probari possunt, impediunt litem ingressum, & contestationem, ut sunt: Jurisjurandi, transactionis, solutionis, præscriptionis, rei judicatæ, acceptilationis, non secuti implementi. fol. 242. n. 311. & seq.

Regulariter omnes opponi possunt, quando libuerit, ante sententiam. fol. 242. n. 314. & seqq. Imò aliquæ etiam post sententiam quæ transiit in rem judicatam possunt opponi ad impediendam executionem. Ut Exceptio ex S. C. Vell. Maced. Compensationis. n. 320.

De Jure communi potest reus simul pluribus Exceptionibus uti, etiam quando actiones cumulari non possunt, dummodo illæ inter se non pugnent. f. 244. n. 322. Eodem jure non est quidem obligatus omnes simul eodem tempore, & unâ die juridicâ opponere, in quantum successione patiuntur, potest tamen Judex certum tempus præscribere, intra quod omnes dilatorias proponat reus, quo elapso, ad ulteriorem allegationem non admittitur. n. 323. ubi vide praxin Camera.

Jure communi potest reus in primo termino propositis quibusdam dilatorijs protestari de alijs postea proponendis. f. 244. n. 325.

Exceptiones contrariæ possunt cumulari sub conjunctione. n. 326.

Exceptiones peremptoriæ plerumque etiam fidejussoribus profunt. f. 245. n. 332.

Exceptio Cessionis bonorum fidejussoribus non competit. n. 333.

Regula est, illas Exceptiones non competere fidejussoribus, quarum intuitu fidejussores debitori principali substituantur pro majore securitate, ut si forte Jura succurrerent principali, recurrere possit ad fidejussores. f. 245. n. 334.

Quod si fidejussor per pactum de non petendo liberatus esset, non obligaretur de novo per pactum debitoris subsequens de solvendo. f. 246. n. 335.

Si debitor principali non utatur Exceptione quæ etiam fidejussorem liberaret, potest eâ uti, fidejussor ad sui liberationem. nu. 336. ubi exemplum.

Quod de fidejussoribus dictum, etiam de Mandantibus fidejussorem, sponsoribus, & alijs accessoribus dicendum. n. 337.

Executio Sententiæ.

Tomo 5.

Si fuit appellatum ab Interlocutoria, & Judex sententiam confirmavit, executio pertinet ad Judicem à quo, & ad eum causa principalis remittitur. f. 391. n. 535.

Inhærendo Juri scripto, executio Sententiæ pertinet ad Judicem ad quem, etiam quando sententiam confirmavit, & ita observatur in Camera. n. 537.

Si partes per pactum aut transactionem ab appellatione discedant, adhuc executio pertinet ad Judicem, ad quem Jurisdicção per appellationem est devoluta. n. 539.

Jus puræ executionis, seu petendi manuum injectionem, competit omnibus creditoribus, qui vel pro se habent Sententiam quæ transiit in judicatum, vel partis confessionem, vel instrumenta quarentigata seu confessata, vel alia liquida recognita: item competit ex laudo homologato, ex Jutamento liti decisorio, transactione coram Judice. f. 592. n. 540.

Extenditur regula ad fidejussorem per viam executionis conventum. n. 541. Ad hæredes ex testamento. n. 542. ad legatarios & fideicommissarios. n. 543.

Licitum est pactum, ut liceat processum ab executione inchoare. f. 592. n. 545. Non tamen, ut liceat morosum debitorem privatâ auctoritate apprehendere, vel includere, ne quidem ad Judicem statim sistendum. f. 593. n. 550. Bene tamen, ut Judex statim per famulos absque alio processu apprehendat & incarceret. n. 552.

Executio non potest fieri in fundo communi pro indiviso possessore cum alio non condemnato. f. 594. n. 556.

In vestibus alijsque vulgaribus utensilibus, & rebus ad agriculturam spectantibus, non fit executio nisi alijs omnibus deficientibus. num. 557. & seq.

Mulierum bona dotalia & paraphernalia, circa executionem super debito mariti privilegiata sunt, ne pignori capiuntur. n. 559. Et quidem, etiam si debitum esset marito cum uxore commune. Imò mulier potest pro suo interesse se opponere executioni faciendæ in bonis mariti debitoris. eod. In fructibus tamen, etiam neeedum à solo separatis, dummodo ultima cultura fuerit adhibita fundo dotali, potest executio fieri. f. 595. n. 560. ubi vide limitationem.

In bonis feudilibus, in subsidium & defectum aliorum bonorum, possit creditor mitti in possessionem, ut saltem fructus perciperet. n. 581. & fultus fol. 600. n. 590 & seqq.

Pro delicto patris non potest fieri executio in peculio profectio filij. Nec pro delicto filij in peculio adventitio, cujus usum fructum pater habet. nec in libris scholaribus, nisi in defectum aliorum bonorum. n. 562. & seq.

Pro debito Monachi non potest fieri executio nisi in bonis per Monachum monasterio quasitis. n. 564.

In fructibus beneficij debitoris non fit executio, nisi in defectum aliorum bonorum. n. 565. & folio. 601. n. 596. Idem dicendum de stipendijs militum, & armis, & Doctorum, eod.

Pro debito Universitatis non fit executio in ijs quæ sunt ad usum communem civium. n. 566.

In bonis secundi mariti potest fieri executio pro debito tutelari uxoris. n. 567.

Non licet Judici proprio motu executionem decernere, sed est à creditore requirendus. fol. 596. n. 568. Instrumentum obligationis in originali exhibendum. n. 569. Inde Judex decernit debitori præceptum executivum, cujus formam vide. nu. 570.

In actionibus realibus, ad opponendas exceptiones contra executionem, nullas terminus indulgetur, in personalibus indulgetur quadrimestre, quod potest, Jure Canonico Judex arreare, prorogare. Quod tamen in Camera non obli-vatur, si sententia tranfit in rem judicatam per appellationis desertionem. fol. 597. n. 575.

Condemnatio in rem certam, in illa faciendâ executio, cã non existente, ad æstimationem veniendum. fol. 598. n. 577.

In re specialiter hypothecata, præ omnibus alijs faciendâ executio. Quod si simul creditor haberet generalem hypothecam, possit eligere, bonâ fide. n. 578. Extra hos casus observandus est Judici ordo, ut primò capiantur pignora Judicialia mobilia & se moventia. his deficientibus immobilia, denique Jura & nomina, quod tamen in pupillis exceptionem habet, ut à nominibus incipiat executio. fol. 599. n. 586. Ordine non observato processus est nullus. n. 579. Equum etiam est, ut inter immobilia prius illa capiantur, quæ minus pretiosa sunt, & sufficiunt ad debitum extinguendum. fol. 599. n. 583.

Si per errorem in quantitate debiti datus est in solutum fundus plus valens debito, reperi quidem potest: sed à creditore tenebitur, donec ex fructibus, vel alio modo debitum consequatur. Si erratum in æstimatione fundi, solum pro parte revocatur. n. 585.

Quis ordo servandus sit Jure Bavatico, vide. fol. 600. n. 589.

Exercitor.
Tomo 1.

E.

Exercitor, ad quem quotidianus quæstus pertinet, tenetur in factum ex quasi delicto, si à ministris damnatum datum est, in duplum. fol. 96. n. 149. Rector navis tenetur etiam de furto rerum in litore ablatarum, si eas recipit navi imponendas. eod. Tenetur etiam exercitor de damno per incendium à ministris in officio dato. eod.

Exhereditatio.

Exhereditatio vel institutio disjunctivè quomodo requiratur in testamento parentum, vide. *Testamentum Parentum*.

Tomo 2.

Non sufficit exhereditatio *inter ceteros*, sed specialiter & nominatim, saltem æquivalenter exheredandi sunt liberi. fol. 100. n. 448.

Exhereditatio non est faciendâ sub conditione, sed purè. fol. eod. n. 449. Nec à re certa, sed ab universitate bonorum. 450.

Exhereditatio, ut valeat testamentum, faciendâ est tam ab omnibus personis institutis, (hoc est, ut nulli sit substitutus) quàm ab omnibus gradibus hæredum, si plures gradus facti sunt. fol. 101. n. 451.

Ut valeat exhereditatio, debet aliquis hæres institutus esse, & is hæreditatem adijisse. quod si hæreditatem non adijit, redit res ad causam intestatam, & exhereditatus adhibet hæreditatem petendo possessionem bonorum contra tabulas. f. eod. n. 452.

Jure novo faciendâ est exhereditatio ex causâ legitima, & onus eam probandi incumbit hæredi scripto, alioquin competit querela inofficiosa, imò jus dicendi testamentum nullum, nisi defunctus probando prævenisset. f. eod. n. 453.

Causæ exheredandi liberae sunt quatuordecim, posita in Novella 115. c. 3. causæ exheredandi parentes octo, posita c. 4. causæ exheredandi fratrem instituta personâ turpi, tres. Nov. 22. c. 47. f. 101. n. 454. & f. 103. n. 462. Ad alias causas æquivalentes non licet extendere. n. 465. & seqq.

Crimen læsæ Majestatis aut proditionis patriæ, Matrimonium cum inhonestâ, aut contra voluntatem parentum, neglectus patris ægri, non rectè pro causis exheredandi assignantur. Jure Bavatico tamen admittitur, si filius duceat inhonestam, volente patre providere de matrimonio honesto. f. 104. n. 469. & seqq.

Reconciliatio impedit exheredationem faciendam, sed non tollit exheredationem factam, nisi revocetur expressè exhereditatio: & hoc certum de Jure Bavatico. f. eod. n. 474.

Si exhereditatus ingrediatur Religionem ante mortem patris, tollitur exhereditatio, & testamentum redditur nullum, non solum jure Canonico, sed etiam Civili. f. 105. nu. 475.

An portio exhereditati accrescat ceteris liberis, vide *Legitima*.

Expensæ.

Quænam expensæ refundendæ sint Possessori, à quo res litigiosa evincitur, vide, *Possessio*.

Tomo 5.

E.

Tomo 5.

In expensis litis delicatas nunquam condemnatur victus, sed solum in illas, quæ ab adversario factæ sunt circa litis instructionem & causæ prosecutionem. fol. 526. n. 172.

Ad necessaria expensæ pertinent. 1. factæ ob ipsum processum. 2. factæ ob examen testium. 3. factæ ob sportularum solutionem. 4. ob necessaria itinèri, detractis detrahendis. n. 173.

Æstimatio expensarum fit à Judice, prævio juramento, quod factâ taxatione deferatur, quo jurante minui non potest. fol. 526. n. 175.

Si victus habuit iustam causam litigandi, per se loquendo non est condemnandus in expensis. fol. 527. n. 176. etiam si in utraque instantia victus esset. n. 178. Si inter litigandum factus est temerarius, ab illo tempore factas expensæ refundere condemnatur. n. 179. Si tantum quoad partem articulationum, condemnandus in expensis speciales. nu. 180.

In dubio an temerè litigaverit actor, præsumitur temerè litigasse, contrarium pro reo. n. 181.

An ab expensis solvendis ob iustam causam litigandi excusetur litigans victus, relinquatur arbitrio Judicis, decem tamen in specie recensentur hujusmodi causæ. fol. 528. n. 182. & seqq.

Qui abque Procuratore vel Advocato, propriâ industriâ suam causam evicit, non potest ratione suæ propriæ personæ expensæ alioquin in Advocatum faciendâ præterdere, nisi simul aliorum causam egisset, quibus non tenebatur gratis servare. n. 191.

Si victor expensas non petat, non tenetur quidem Judex, potest tamen in eas ex officio condemnare. fol. 529. n. 192. Potest autem eas victor perere toto eo die, quo sententia est lata. n. 193.

Si Judex ob neglectam condemnationem debuit ipse solvere expensas, non potest eas à victo repetere. n. 194.

Si agatur de expensis contumaciæ, vel ratione retardati processûs, vel temeritatis, non solum expensæ litis & retardati processûs, sed etiam damna & interesse debent restitui. fol. 529. n. 195. Si verò agatur de expensis victoriæ, tunc tantum veniunt expensæ litis, nisi plus promississet victus, eod. Non veniunt autem nomine damnorum ea quæ victor casu improviso passus est. f. 530. n. 196.

Expensæ contumaciæ petuntur actione in factum. Expensæ victoriæ veniunt ex officio Judicis mercenario. n. 197.

Si uterque litigans in expensis condemnatur, tunc possunt compensari, si nondum sunt solutæ ab eo qui prior debebat. n. 198.

Si taxatio facta à victore non est manifestè nimia, sed probabilis: non est locus moderationi, casu quo victus promissit se soluturum expensas, quas victor taxaverit. n. 199.

Condemnatus in expensis, debet etiam restituere illas quæ in termino moderationis factæ sunt. nu.

200. Quid Jure Bavatico sit constitutum, vide nu.

201. *Tomo 6.*
Expensæ factas pro defensione rei, debet reus vel hæres facere, quacunque penâ plectatur. fol. 333. n. 572.

Omnes expensæ solvere debet reus, si puniatur penâ solum civili. eod. Secus si penâ corporali sanguinis, tunc enim excusatur ab expensis factis in processu. fol. 334. n. 573. Si reus moriatur ante sententiam, hæredes ad nullas expensæ tenentur. n. 574.

Expensæ in processu ordinatio, facere debet accusator. n. 575.

F.

Falcidia.

Tomo 2.

Causa constituendi Falcidiæ detractionem, erat, ne plerumque ob exiguum lucrum ab adeunda hæreditate abstererentur. Est autem Falcidia quadrans hæreditatis, ut ultra dodrantem legari non possit. fol. 245. n. 348.

Falcidia denominatur à Cajo Falcidio Tribuno Plebis, & origine suâ est Plebiscitum. feod. n. 349. Falcidia non habet locum in testamento militis, ubi destituito testamento legata sustinentur. eod. Item non habet locum in legatis relictis cum perpetuâ inalienabilitate. fol. eod. n. 350.

Ex legatis privilegiatis non gravantur cetera legata quoad partem deducendam, sed illa legata deducuntur ut æ alienum, ut sic hæres non cogatur ea de suo præstare, sed totum patrimonium minuatur. eod.

Falcidia deducitur etiam à Fidei commissis particularibus, utpote per omnia Legatis exæquatis. fol. 246. n. 352.

Quantitas patrimonij ad quam ratio Falcidiæ exigitur, spectatur mortis tempore. Unde si postea patrimonium ante aditam hæreditatem augetur, nihil prodest legatario ad evitandam Falcidiâ, sicut econtra si diminuatur, nihil illis obest. f. 246. nu. 353.

Excipiuntur tamen legata conditionalia, & rei alienæ, utpote quorum dies non credit nisi post aditam hæreditatem. fol. eod. n. 354.

Ex legato ipsi hæredi relicto, Falcidia sicut ex alijs legatis deducitur, adeoque non totum (sicut in Trebellianicam) in Falcidiam computatur. fol. eod. n. 355.

Hæres qui ex ignorantia facti plus solvit quàm dodrantem, habet conditionem indebiti, quæ repetit Falcidiam, secus, si sciens aut ex ignorantia juris non tolerata. fol. 246. n. 356.

Legatarius tenetur in conscientia restituere, quando hæres sublatâ ignorantia possit solutum ultra dodrantem repetere. fol. 247. n. 357.

Falcidia deducitur etiam à donatione causâ mortis, & à donatione inter virû & uxorem, morte confirmanda. fol. eod. n. 358.

Falcidia